

quidem rātio tua esset per optimam; sed quoniam se habet punc-
tum physicum in rebus physicis, ut mathematicum in ma-
thematicis, non ē re erit, si cogites nullius vere ac proprie-
loquendo, sive magnitudinis, sive figuræ realis esse punctum
reale, quod est atomus: vel præsertim quia omnis magnitu-
dinis ac figuræ principiū quoddam est, quod perinde & omnis
magnitudinis, & figuræ expers esse necesse est, id est, omnis
magnitudinis figuratæ: ita ut, si tibi displiceret atomum cu-
bicam esse atomum, propter sex facies terminatas ad octo
angulos, non assume pro atomis, nisi quod cogitari extre-
mum possit in angulis istis; aut si adhuc extrema ista alicu-
jus figuræ tibi compareant, rursus non assume pro atomis,
nisi quæ istius figuræ extrema fuerint, & sic deinceps do-
nec intellectus ad eam excogitatam extremitatem pervene-
rit, in qua vix figuram ullam perspiciat: & hæc erit exi-
guitas non figurata puncti physici, quod est atomus. Quæ
tamen hīc dico de atomis figurarum expertibus, non affirmo,
nec tam à vobis admittenda, quām meditanda propono.

R O C C H I U S. Novi aliquid hīc à te audio, optime
Philalethes, quod postmodum speculabor: interim verò
non mihi displiceret: sed quod Pazzio nostro non placeat hīc
conſicio, quod te loquente caput non ſemel in aures move-
rit.

P A Z Z I U S. Movi ſane & ægre tuli noyitatem iſtam; ſed
quæſo ne altercationibus iſtis accessoriis, in quas, ubi no-
vitas te titillat, libenter te effunderes, removeamus Phila-
lethem noſtrum à ſerie ſupra rogati sermonis.

VI.
Unde ori-
tur primaria
diſcordia de
formis &
atomis inter
philosophos

P H I L A L E T H E S. Rogabas, ſi bene memini, ut pro-
derem & reſecarem caput, unde progerminant hæc veftra
de formis atomisque diſfidia. Caput illud facile eſt prodere:
quia enim inter vos de materia à Deo creata convenit,
quin & de illa, ſeu divisa, ſeu diſiſibili in portiones adeò
parvas, ut vel atomi ſint, vel pro atomis poſſint accipi, non
aliunde reputas, mi Pazzi, iſtas atomos ad alterationes &